



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ  
Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Absque baptismo pueros non sanctificari & sordidos ac spiritualiter  
mortuos coram Deo reputari. Colloq. LXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](#)

*Absque baptismo nullum infantem  
sanctificari, sed sordidum & spiri-  
tualiter mortuum coram Deo re-  
putari.*

COLLOQVIVM LXXIII.

PHIL.

**A** N ergo Christianus quispiā  
& fidelis infans, in ventre  
matris suae sanctificatus non  
est? Etsi sanctificatus est, nunquid  
cœlum intrare potest, etsi baptis-  
matis vnda non lotus, non expurga-  
tus? THEOL. Quam vero tu accura-  
tè Caluini istam camerinam mihi  
moues, peiorem reuera illam, quam  
hæresis Pelagij famosissimi sui aui,  
& ex omni parte incorruptis sacra-  
rum litterarum monumentis con-  
trariam atque aduersam? Quæ etsi  
nos doceat, infantes per baptismum  
sanctificari, illud tamen non dicit,  
quod in matris utero gratia ea san-  
ctificationis perfundantur, sed po-  
tius triplicem assertionem, manife-  
stè & euidenter huic errori opposi-  
tam nobis exhibet atque relinquit.  
Primum enim David filius fidelis &  
amicus singularis Dei, de seipso cō-

ps. 50.7.

fice

sitetur, quod in peccato conceptus  
sit, & hac sua confessione disertè o-  
stendit, omnibus hanc hominibus  
conceptionem propriam esse atque  
communem. Ad stipulatur huic pa-  
tientissimus ille Job, & non minus <sup>Job.14.4.</sup>  
intimus Dei & si quis aliis, familia-  
tis. Afferit hoc Diuus Paulus cū ait: <sup>Eph.21.</sup>  
Oes nos per naturam filios ire esse & <sup>3.</sup>  
progeniem condemnationis. Vides  
hic peccatum in natura, in concep-  
tione, in vêtre matris & in natuica-  
te: & quod illud tuum o s est Calui-  
nē, palam vt afferere audeas, contra  
manifestum Dei verbū, qui inquit,  
omnes nos in generatione & natuui-  
tate sordidatos esse, infantes in ven-  
tre matris par parentum fidem san-  
ctificari? De secundo, docet etiam  
Seruator noster, q̄ omnes ij qui in  
aqua & spiritu non renascuntur, hoc  
est, qui baptismatis vnda non tingū-  
tur, regnum Dei possidere non pos-  
sint, quod luculentum euidentq; si-  
gnum est, infantes ante baptismum  
sordibus oblitos esse & conspurca-  
tos, nec enim quicquam impedit,  
quò minus cœlum ingrediamur,

quād

quam peccati turpitudo: Esse aut̄ sā  
ctificatū in vētre matris, & in eodē  
sordidatū, an amabo illa contradic-  
toria nō sūt? Docet Scriptura S. in-  
fantes inquinatos esse. Caluin. docet  
sanctificatos, vtri ergo nunc adhæ-  
rendum, vtri fides adhibēda est? Nū  
quid Deo, nūquid potius Caluino?  
Tertiò cùm quispiam in ventre ma-  
tris sanctificatur, scripture sacra ve-  
lūt rarum aliquid & extraordina-  
rium, vti de Ieremia & S. Ioanne le-  
gimus, omnibus id confessim con-  
stare vult, & nequaquam sibi arbi-  
tratur esse prætereundum: Verū si  
omnes sanctificati sunt, quēadmodū  
Caluin⁹ comminiscitur, reuera ad-  
mirationem habere nullam debet.  
quod Ieremias & S. Ioannes istius-  
modi fuisse perhibentur, & si illud  
rarū nihil insolensq; est, quid opus  
est hanc sanctificationem velut rem  
inauditam & admirandā literis cō-  
signare, & ad oēm posteritatē ecclē-  
siām q; transmittere? Constat autem  
admonitionem hanc, singularem  
quāpiam exceptionem significa-  
re, & peculiari priuilegio affectos  
sem-

semper eos fuisse, qui præter reliquorū morem, infantes irę & sor-didi in mundum hunc non prodeant atque nascantur. Iam quod ad Diui

Pauli verba attinet, quibus hæresi-<sup>1. Cor. 8.</sup>  
archa ille errorem suum stabilire  
conatur, dico cum nostris doctorib⁹,  
eum quādo cum Christianis sermo-nem instituens Corinth. i.eorum fi-  
lios Sanctos appellat, Christianis  
satisfacere noluisse, qui dubitantes,  
vtrum connubium inter infidelē &  
Christianum contractum matrimo-nij nomine, an verò adulterij vide-  
retur esse afficiendum: Mouebantur  
videl. illi religionum diuersitate,  
vnde etiam eò euadebant, vt liberos  
ex istiusmodi copula suscepitos Spu-  
rios & infamia notatos arbitraren-  
tur. Docet proinde D. Paulus Chri-stianum aut Christianam cum infi-delibus coniugium contrahere pos-  
se, si cōfensus adsit, & præcipue spes  
aliqua conuertendi, & sanctificādi  
cōfortē alluceat, & ostēdatur. Ostē-  
dit deinde filios illos SS. esse, i. legi-timos, vt præclarè liquidoq; intelli-gas vocē illā Sanct⁹ ita vſupari, vt ea-

Cice-

Cicero ante adhibuit , quando magistratum sanctum, id est, legitimū, & secundum leges stabilem inuiolabilemque appellat. Adfert etiam huic loco Iucem , ipse Diuus Paulus, eodem capite, dicens : maritum infidelem sanctificatum esse, id est, sanctum effectum per fidelem coniugem, & vxorem ethnicam per maritum fidelem, id est, matrimonium honorabile effectum potius per fidem partis fidelis , quam infame ac sordidum per consortem infidem. Iam ergo quemadmodum gratiis error, & insignis solcēcismus existimaretur , ex verbis Apostoli inferre velle, quod maritus aut uxor infidelis, sanctificat⁹ sit, quēadmodum Christiani nos, absque conversione, & sola cohabitatione; id enim hoc foret ac si diceret, infidelē in infidelitate sua permanētē Christianum esse: Ita manifestus error est, constituere ac inferre velle filios Christianorum sanctos esse, quemadmodum Christiani sunt, absq; vlla alia re , nimirum baptismo sine quo Christianus esse nullus potest.

Do-

do ma-  
itimus,  
inuio-  
etiam  
s Pau-  
ritum  
id est,  
n con-  
er ma-  
onium  
per fi-  
nfame  
infide-  
ni gra-  
cismus  
ostoli  
aut v-  
quéad-  
ie con-  
ie; idé  
nfidelé  
Chri-  
error  
le filios  
quem-  
osq; vl-  
o sine  
potest.  
Do-

Docet ergo Diuus Paulus filios in-  
fantes esse, id est, legitimos, & ma-  
trimonium illud sanctificatum, id  
est, minimè infame & ignominiosū,  
cum præsertim per partem fidelem  
etiam sanctificari & in modū Chri-  
stianorum possit saluari. Maneat er-  
go hæresin evidentem illam esse di-  
cere, quod infantes in matris ventre  
sanctificati sint, & hæresin talē, quæ  
ad eundem cum Pelagianismo sco-  
pum colli met, videlicet in contem-  
ptum baptismatis, & ruinam innu-  
merabilium infantium: vbi enim il-  
lud semel in animis hominum ob-  
tinuerit, eos ut in ventre matris sâ-  
ctificatos esse arbitrentur, illud etiā  
confestim constituent, baptismi la-  
uacru necessarium non videri: qué-  
admodū inter exulcerati nostri se-  
culi ministros & executores Tyran-  
nidis veteris illius latronis sathanæ,  
ipso Herode crudelioris: Nec enim  
ille infantes occidens cœlum ijs ad-  
mit, sed Martyres effecit, verū i-  
si hoc agentes, vt eorum libri absq;  
baptismo defungantur, morte sem-  
piterna eos afficiunt, in perpetuum  
exi-

**Con. Lat.** exilium relegant, & regno cælorum  
**can. i.** excludunt. Meritò ergo infamis ille  
**Mile. cā.** & infernalis error auctoritate san-  
**z. Trid.** ctæ Ecclesiæ, & tam antiquorū quā  
**ses. s. de-** moderuorum constitutionibus Cō-  
**creto de** ciliorum explosus fuit & condem-  
**pec. Orig.** natus, tum etiam à sexcētis S. docto-  
**& ses. 6.** rō. 4. ses. 7. cōtoribus, qui post Apostolorum tē-  
**c. s.** pora eandem cum nobis sententiam  
**S. Dion.** propugnarunt, libris ac scriptis for-  
**Ecc. Hie.** tissimè abiectus & profligatus.  
**c. 7. Cyp.**  
**ep. 56. S.**

---

*Am. l. de Alia adhuc super peccato originali.*

*īs qui i-*  
*nitiātur.*  
*mys. c. 4.*  
**T H E O.**

### C O L L O Q V I V M LXXIV.

**N**ATV verò mihi argumentū  
 admodum dissimile à meo  
 proposito inuehere velle vi-  
 deris, quippè cum ego hoc loco non  
 hæreses refutandas suscepimus, sed  
 breuiter de animæ valedictione, de  
 morte & de armis, quibus in eā pu-  
 gnare nos oportet, tecū differere, cū  
 animo meo conuentum sit. PHIL.  
 Quæ verò melior lucta contra mor-  
 tem reperiri tibi posse videatur,  
 quam laudabile illud & nunquam  
 fatis commendatum hæreses refu-  
 tandi